UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

VII. Febrvarii. S. Richardvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. RICHARDVS Rex Angliæ, pater fuit S S. Wilebaldi & Wunebaldi, & B. Walburgæ Virginis. Exuit purpuram & vilem induit tunicam; dimiſſo ſceptro accepit baculum: limina inuiſit SS. & per loca deinde magis deuia ſolitudinem petijt, Deo ſoli, ſolus vacaturus. Poſt longa deinde exilia, poſt multa certamina; poſt famis, ſitis & frigoris multimodas ærumnas, in Italiâ ciuitate Lucâ, cælo recipitur, VII. Idus Februarij, in Baſilicâ S. Frigdiani ſepultus. *Ex eius Epitaphio.*

NOTATIVNCVLA.

NOn debuit hic (qui tot ordini Benedictino ſidera lucidiſſima peperit) à liberis ſeiungi, licet in dicto ordine profeſſionem ſolennem nequaquam emiſerit, cùm tamen laborum & præmiorum particeps fuerit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN